



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 66. Censura Facultatis Theologicæ Duacensis in quasdam propositiones
de gratia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

§. LXVI.

Censura Facultatis Theologicæ Duacensis in quasdam Propositiones de gratia.

Hoc item anno in vulgus spargebatur epistola sacræ Facultati Theologicæ Duacensi inscripta, qua ex Domini Lengrand primi Collegii Duacensis Professoris, Ecclesiæ Collegiatæ S. Ainati Canonici & sacræ Theologiæ Licentiati, necnon alterius nomine Marechal, Artium Doctoris, ibidemque Canonici, ac Regii Historiarum Professoris Philosophicis scriptis excerptæ propositiones eidem Facultati denuntiabantur, tanquam præcipua hæresis Jansenianæ dogmata continentes. Hoc scripto velut classico excitatus Facultatis Decanus Doctores ad diem nonam & vigesimam Aprilis convocavit, eisque in ejusdem diei comitiis exposuit, se præfatam epistolam accurate legisse „in ea proferri luculenta „& copiosa memoratorum Codicum „excerpta damnatæ Jansenii doctrinæ „prorsus consentanea, hæc si vera sint, „studiosam Juventutem Collegii Regii „a multis annis pestifera doctrina imbutam fuisse, tantumque malum in „dies augendum atque propagandum, „nisi

Argentor. Collect. Jud. t. 3. p. 482.

U 5

Sæc. XVIII., nisi facer confessus, quantum in ipso
 A. C. 1722., est, illud compefcant, & clamore re
 „lido manus auxiliares advocet. Al
 „audita obstupere animi, & quidem
 „eo magis, quod in publicis Collegiis
 „Regii Theſibus nulla hæreſis Janſen
 „nianæ lineamenta unquam apparuerint
 „Ex quo intellexerunt, eo majori pe
 „riculo obnoxios fuiſſe diſcipulos, qu
 „perverſis dogmatibus clam, & inter
 „auguſtæ Scholæ parietes inſtituerent
 „tur, nullo adſtante, qui incautos
 „periculi magnitudinæ moneret. Po
 „ſt hæc varia hinc & inde dicta de urgente
 „ſiſma obligatione Conſtitutiones Po
 „ſtificias adverſus profanas & concu
 „ſſas Janſenii Yprenſis & Paſcali
 „Queſnellii novitates, de arcendis
 „fortiter propulſandis illis erroribus
 „hac Univerſitate & Provinciis ad
 „centibus, de præmuniendis diſcipu
 „adverſus malum, quod inter hirc
 „& colubri tortuoſi incautis præſer
 „inſidiatur, concluſum fuit denunti
 „tionem memoratam ab omnibus &
 „gulis Doctoribus legendam, atque
 „legendam, ac novam Congregat
 „nem ab eximio D. Decano indica
 „dam ad pleniorẽ ſuper re tanti mo
 „menti diſcuſſionem faciendam. H
 „bitæ ſunt poſtmodum frequentes
 „eodem negotio deliberationes, ex
 „minu

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

„minata diligentissime Professorum di-
 „ctata, de quibus confitit, ea fuisse ab
 „ipsis excepta in publicis ac ordinariis
 „lectionibus, ex juratis discipulorum
 „testimoniis coram Notario exhibitis.
 „Textus animadversione digni in septem
 „articulos distributi sunt, præfixis spe-
 „cialibus titulis. Facta insuper illo-
 „rum articulorum collatio cum famoso
 „& damnato Jansenii Augustino & jus-
 „su sacræ Facultatis instructum est
 „Parallelum utriusque textus, sicut ipse
 „Jansenius instruxit Parallelum erroris
 „Massiliensium & opinionis quorundam
 „recentiorum: Ut intelligatur tantam
 „esse conformitatem dictatorum & Doctri-
 „næ Jansenianæ, ut non sit ovum
 „ovo similis, erit insuper hoc Parallelum
 „instar lapidis lidii, cujus contactu
 „dignoscetur, & intelligetur tantam
 „esse conformitatem scriptorum utrius-
 „que Professoris cum doctrina Janse-
 „niana, ut non sit ovum ovo similis:
 „ac insuper ut hoc parallelo velut la-
 „pide lydio dignoscatur, an variorum
 „recentiorum asserta sint Janseniana
 „necne, quamvis enim non omnia, quæ
 „docuit Jansenius, sint hæretica, sicut
 „nec omnia, quæ scripsit Calvinus,
 „constat tamen neminem posse cum
 „Jansenio convenire, vel in uno ex
 „dictis septem articulis, nisi quinque
 „ejus

Sæc. XVIII. „ejus hæresibus consentiat, vel aperte
A C. 1722. „vel implicite, & æquivalenter. Sic
 „enim colligata sunt hujus auctoris
 „dogmata, ut unum assumi non possit,
 „quin & alia sequantur instar annulo-
 „rum ejusdem catenæ. Hinc proinde
 „lucebit, omnium Scholarum Catho-
 „licarum systemata de gratia, ac no-
 „minatim celeberrimæ Thomistarum
 „Scholæ a fermento Janseniano alienifi-
 „ca esse, nec ullam eis cum præteritis
 „Augustini discipulis erroris societatem
 „intercedere. Tandem Sacra Facultas
 „invocato S. Spiritus lumine de doctrina
 „dictorum septem articulorum pronun-
 „tiandum censuit, ut sequitur, adjectis
 „etiam aliquot annotationibus, quibus
 „mens ejus plenius innotescet, vani
 „errantium subterfugia, & fraudes a-
 „perientur, & quidem eorum fautores
 „designabuntur.„

§. LXVII.

ARTICULUS I.

*Spurium Gratiae utriusque Status
 discrimen ab hisce Professoribus
 æque ac a Jansenio
 assertum.*

*Argentre
 l. c. p. 484.*

Ut Facultas utrumque hunc Doctorem
 rem in asserendo discrimine gratia
 cum